



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

VIII. Gennadius ite[m] Constantinopolitanae urbis ep[iscop]us in ep[isto]la
ad totu[m] orbem missa, quu[m] interpretatur uerba Christi, uidelicet
gratis accepistis gratis date, subdit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS PRIMVS

Græcorū sniæ
subijciuntur

Pro fidelibus
orandum

VIII.

Sacerdotij di-
gnitas nō est
mercāda p̄cio

Sacerdotū of-
ficia & condi-
tiones

I. Timo. 3
IX

Electio qualis
erit fiet

clesiæ cōstituisse differentiā inter ordinē & plebē, subdit tamē honorem illum per ordinis confessum esse sanctificatū a deo. Sed hactenus pro latinis, iam quid Græci de sacerdotio senserint, auscultemus. Inter quos primus occurrit Damascenus qui in libello de purgatorio recenset ad hūc modū. Nō em̄ temere in ecclesia dei a sapientissimis suis discipulis sancita sunt hæc & tradita, ut sacerdos in tremēdis mysterijs preces faciat pro fidelibus defunctis. Hæc Damascenus.

¶ Gennadius itē Constantinopolitanæ urbis epūs in ep̄la ad totū orbem missa, quū interpretatur uerba Christi, uidelicet gratis accepistis gratis date, subdit. Simplex & manifestus mandati huius sermo est. Nihil hic ambiguum, nihil hic supra captum nostrum, nulla hic opus sophistica enarratione. A me (inquit) accepistis sacerdotij dignitatē, pro qua si uel paruum uel magnū quid dependistis, si hæc uendita est a me, uenundate & uos eam alijs. Hæc ille.

¶ Ad hæc Cyrillus supra Leuiticū ita scribēs. Vult ergo sermo diuinus, sobrios esse dñi sacerdotes, utpote qui accedentes ad altare dei, orare pro populo debeāt, & pro alienis interuenire delictis, qui portionē in terra nō habeant, sed ipse dñs portio eorū sit. Et paulo post, vult ergo istos qbus dñs portio est, sobrios esse, ieiunos, uigilātes in omni tpe, maxime autē cū ad exorandū dñm & sacrificandū in cōspectu eius, altaribus presto sunt. Quæ mādāta in tantū uim sui seruāt, & omni obseruātia custodienda sunt, ut & ap̄lus hæc eadē noui testamēti legibus firmet. In q̄ similiter etiā ipse sacerdotibus uel principibus sacerdotū uitæ regulas penes, dicit eos non debere eē uino multo seruiētes, sed sobrios esse. Hæc Cyrillus.

¶ Chrysostomus quoq; in ep̄la prima ad Timotheū sic scribit. Doctoris sacerdotisq; dignitas magna est atq; mirabilis, et quæ reuera diuina sentētia cōprobāda sit, ut quis ea dign⁹ ad ducaſ in mediū, ita & pridē fiebat, ita nunc quoq; fit, quoties absq; humana passiōe huiusmodi electiones celebramus. Cū nihil omnino seculare, nihil tēporale intuentes, neq; ad gratiā neq; ad odiū facimus. Nā etsi tanta nobis spūs plenitudo non adest, sufficit uoluntas optima, uel sola, deū ut ordinationi nō